

I. DIE TEXTE ADOLFS VON ESSEN

1. Vita Margarethae, Ducissae Lotharingiae

Erste Niederschrift vollendet um 1423,
Nachträge eingefügt und letzte Vollendung 1434

Anmerkungen p 351

Lange Zeit war die »Vita Margarethae« verschollen. Erst nach 1859 wurde in den »Farragines« der Brüder Johannes (1585–1631) und Aegidius (1595–1656) Gelenius¹ eine Abschrift (Köln, Histor. Archiv der Stadt, t XIV, p. 389–414) mit Ergebnissen weiterer Nachforschungen (– p. 423) aufgefunden. Sie ist bis heute der einzige, vielleicht vollständige Text geblieben. Er liegt dieser Veröffentlichung zugrunde.

Aus einem Sammelbande der Kölner Kartause (Cf vv 523–527) entnahm ihn Johannes Gelenius. Dies Kölner Exemplar wurde 1561 nach einem Trierer Kodex kopiert. Bereits 100 Jahre vorher war die Kölner Kartause (wie alle Kartausen der »Provincia Rheni« und viele darüber hinaus) im Besitz jener Schriften, die in der ersten Hälfte des 15. Jahrhunderts von verschiedenen Trierer Kartäusern verfaßt und verbreitet wurden; doch gegen Ende des 15. Jahrhunderts wurde fast die ganze Kölner Bibliothek ein Raub der Flammen. Nur langsam, sorgfältig, schon textkritisch wurde das Verlorene erneut abgeschrieben. Ein interessantes Beispiel hierfür ist die Sammlung der Briefe Heinrich Eghers von Kalkar (1328–1408), die Gobelinus Speck 1504 in der Kölner Kartause vollendete (Darmstadt, Hess. Landes- u. Hochschulbibl., Ms. 819): Die Abweichungen der eingesehenen Exemplare aus den Kartausen zu Koblenz (2 Codices), Mainz, Straßburg und, so weit noch gerettet, auch Köln merkte er jeweils am Rande an. Ebenso sorgfältig wird die »Vita Margarethae« gewesen sein, die Gelenius benutzte.

Dies gilt sicher für jene Abschnitte, die Rader² in seiner Biographie Margarethens aus der von Adolf verfaßten Vita wörtlich zitiert; er dürfte die Abschrift einer bayerischen Kartause eingesehen haben, vermutlich von Buxheim. Die Abweichungen Raders von Gelenius werden in den Anmerkungen (unter [T]) beigefügt.

In der Materialsammlung der Bollandisten (Jean Bolland SJ, 1596–1665³), eingeordnet unter den »Praetermissi ad 27 August.«, findet sich eine von P. Pierre Francois Chifflet SJ (1592–1682) zugesandte Biographie »De B. Margaretha« (t 133, n 12, f 95–99). Diese ist bis auf einige Zeilen am Schluß eine genaue Abschrift aus Rader, doch ohne Quellenangabe.

Abt Augustin Calmet OSB⁴ bringt nach den ihnen zugrundeliegenden historisch gesicherten Fakten in französischer Übersetzung die Zitate Raders aus Adolfs »Vita Margarethae«.

Das Werk Calmets regte in der Mitte des vorigen Jahrhunderts den aus Sierck stammenden Abbé J.-M. Curicque an, das Leben Margarethens und die Gestalt ihres Biographen Adolf von Essen erstmalig und bisher einmalig zu erforschen; die Ergebnisse trug Curicque am 13. 1. 1859 der »Société d'Archéologie et d'Histoire de la Moselle« in Metz vor; sie erschienen im gleichen Jahre im Druck. Weitere Veröffentlichungen Curicques sind:

»Notice historique sur la bienheureuse Princesse Palatine Marguerite de Bavière (1373–1434)«, Metz 1864, und ihre Biographie in »Les petits Bollandistes: Vies des Saints« des Mgr. Paul Guérin (ed. 7, t 10, p 254–263)⁵, wo Curicque im Gegensatz zu vorher das Geburtsjahr Margarethens auf 1376 ansetzt.

p.389 Vita sanctae memoriae

Dominae Margaretae, Ducissae Lotharingiae,
descripta a V. P. Adolpho, Priore Carthusiae Trevirensis,
ipsius Familiari.

5 Domina illustris Margareta de Bavaria, Ducissa Lotharingiae,
et serenissimi Principis Domini Ruperti Regis Romanorum filia,
antequam ipsa sciret quicquam de praedicto rosario b. Virginis cum
vita Salvatoris, fuerat multum vaga et saecularis, sicuti ab in-
fantia fuit educta in aureis croceis et magnis deliciis sicuti
10 filia tam magni et excellentissimi Regis et postea facta uxor Do-
mini Caroli Ducis Lotharingiae, valde magni et potentis principis.
Sed postquam de dicto rosario percepit a quodam Carthusiensi, – de
quo supra in exemplo 7 ipsa recepit, qui illud ipsi in teutonico
scripsit cum meditationibus suis de vita Salvatoris etiam in teu-
15 tonico conscriptis, et sibi cum licentia sui Superioris transmi-
sit –, ipsa se in ipso ita ferventer, diligenter et constanter ex-
ercere coepit, quod cito in aliam Margaretam mutata fuit et de
die in diem magis profecit et praecipue in virtutibus in vita Je-
su ex illo rosario collecta.

20 Et tandem in brevi tempore est facta tantae sanctitatis, quod
non putabatur eidem in sanctitate similis vel comparabilis / inter
omnes homines in partibus illis, cuiuscumque etiam essent status,
sexus, religionis vel conditionis. Quod etiam probant multa facta
mirabilia, quae Jesus publice operatus est per illam ex sua singu-
25 lari gratia et misericordia in vita sua; de quibus testimonium
potest ferre evidentissima tota illa patria – et non solum sua ter-
ra, sed circumquaque circumiacens terra, – et non solum terra ami-
corum, sed etiam inimicorum terrae suae et Ducatus: Quorum scilicet
inimicorum tamen testimonium solet reputari validissimum. Quae
30 mirabilia, si deberent scribi omnia, oporteret fieri librum magnum
et impleri multa folia. Et firmiter credo, si Magister Guillelmus,
confessor ipsius, magnus Doctor sacrae theologiae et inquisitor
haereticae pravitatis, post mortem ipsius vixisset, ipse magnum
librum de eiusdem Dominae virtutum mirandis exercitiis et miracu-
35 lis per ipsam factis conscripsisset.

Nicht numerierte Anmerkungen zu den Zeilen p 351 ss

Et ego ipse, qui multa novi de ipsius secretis exercitiis et
eiusdem factis admirandis manifestis et notoriis, aliquid, si de-
berem, non credo, quod in libro quantitatis unius Psalterii mag-
nis scribere possem omnia facta sua miranda, de quibus certam ha-
40 beo notitiam sive probabilem haberem. Hae tamen sileam omnia, de
p.391 pluribus breviter intendo tangere pauca.

Primo enim confiteor coram Deo, quem ego fallere non valeo,
quod ego numquam novi hominem cuiuscumque status vel conditionis,
in quo per certas experientias noverim per perfecta virtutum ex-
45 ercitia, sicuti inveni in ista muliere; quamvis tamen diversorum
devotorum magna noverim partim secreta et partim nota exercitia
et maxime virtutum illarum praecipuarum, de quibus in Rosario be-
atae Virginis cum meditationibus suis de vita Salvatoris inveni-
tur scriptum: In illis enim specialissime conabatur se exercere,
50 ut per illos posset suo Jesu, nimio amore sibi dilecto, continuo
adhaerere, in quantum sibi iuxta suum statum esset possibile, et
in quantum permetteretur a Domino Duce conthorali et consorte. De
primis septem capitalibus virtutibus in capite et circa princi-
pium dicti Rosarii invenitur. Novit enim Dominus Jesus sponsus
55 ipsius amantissimus, quod ego non scio hominem unum in hac vita,
in quo invenerim certa experientia tanta ac talia exercitia: pri-
mo humilitatis et obedientiae contra superbiam, item nec secundo
tanta ac talia exercitia charitatis et benevolentiae contra invi-
diam, item nec tertio tanta ac talia exercitia / mititatis contra
60 iracundiam, item nec quarto tanta ac talia exercitia sanctitatis,
devotionis et constantiae contra accediam, item nec quinto tanta
ac talia exercitia paupertatis sive passibilis largitatis et cle-
mentiae contra avaritiam, item nec sexto tanta ac talia exercitia
castitatis et continentiae coniugalis contra luxuriam.

p.392

65 Possibile enim est, quod sint plures homines, in quibus sint
istae et aliae virtutes multo perfectiores, sicuti iam supra dixi:
de illis talem experientiam non habeo, qualem de praedicta Domina
gratiosa habui. Pluries enim ipsam tentavi ad experiendum, utrum-
ne lupus lateret sub pelle ovina. Sed frequenter ipsam in his et
70 in aliis ita inveneram perfectam, quod ego in me ipso confusus
erubescbam, in me non esse talia.

*De praedictae Ducissae exercitio quotidiano spirituali
et corporali*

p.393

Eadem Domina gratiosa habebat consuetudinem mane, quando de
75 lectulo suo surrexit, se flexis genibus ante Jesum prosternere et
bona sua custodia pro nocte illa gratiarum actiones referre; de-
inde se ipsam totam et omnia sua, res, bona, verba, facta Deo of-
ferre et cum Jesu pactum facere, quod ipsa utique nullo modo vel-
let ex/certa scientia illum offendere neque cogitatione neque
80 locutione neque operatione neque omissione; si tamen contra tale
firmissimum propositum et veram veritatem suam contingeret, quod

aliquando offenderet, sicuti verisimiliter timebat, quod contin-
gere posset, tunc omnino Jesum rogabat, quod ipse tale quodcum-
que tamquam non cogitatum, dictum vel factum habere vellet, quia
85 – ut ipse sciret – illud utique contra veram et deliberatam volun-
tatem suam sic contigisset, et esset sibi illud quodcumque etiam
tale magis poena quam solatium et consolatio.

Deinde, quandocumque sola erat vel quandocumque poterat fieri
sine viri offensa, quam cito aperiebatur ecclesia et pulsabatur
90 pro hora matutina, tunc erat quasi prima quotidie in ecclesia cum
una famula cameraria sola vel uno famulo solo ceteris plus devoto
et sibi magis secreto specialiter in spirituali exercitio, dimit-
tens omnes famulos et famulas pedissequas, nobiles et ignobiles
dormire in pace, tam in hyeme quam aestate diu praeveniens canoni-
95 cos et clericos, qui debebant matutinas et horas ceteras canoni-
cas cum missa cantare; et sic usque ad prandium quando fuit divi-
num officium in ecclesia, ipsa fuit in ea.

p. 394 Deinde prandium faciendo: quamvis multa magna et preciosa fer-
cula secundum consuetudinem in curia sua / ante se habebat, ipsa
100 tamen se mirabiliter abstinuit ab illis et saepissime aliqua vi-
lia per famulam suam camerariam sibi magis secretam cocta in par-
va camera commedabat.

Deinde post prandium manibus suis laborabat et filias et omnes
pedissequas suas quantumcumque nobiles laborare faciebat; et nul-
lam otia vana sectari sinebat. Diebus autem festivis tunc in li-
bris, quorum magnam habebat quantitatem, copiam habuit tam in la-
105 tino quam in teutonico quam in gallico, utrumque testamentum, ex-
positiones Evangeliorum et epistolarum per annum, sermones et le-
gendas Sanctorum per annum –, in quibus ipsamet tunc legebat mate-
riam pro illo die vel festo congruentem vel unum literatum aut
unam de pedissequis suis legere faciebat coram aliis utriusque
sexus multis coram se congregatis, praecipue illis, qui erant de
familia sua vel camera; nisi tunc temporis aliquis literatus ad-
esset, qui eis sermonem vel collationes publice vel privatim fa-
115 ceret, ad quem omnes attenderent.

Et quando pulsabantur vesperae, tunc ad ecclesiam ipsa cum de-
centi comitatu festinabat quotidie perseverans ibidem devotissi-
me, nisi impediretur legitime. Si venerunt ad eum principes, no-
biles vel ignobiles, laici vel clerici, religiosi vel religiosas,
120 viri vel feminae, ipsa sciebat se omnibus ita virtuose in mori-
bus, verbis / et factis conformare, secundum quod decebat quemli-
bet secundum statum suum, quod ipsius conversatio nullis erat one-
rosa, sed omnibus, malis etiam hominibus, multum gratiosa; et sem-
per promptissima et plenissima ad loquendum de spiritualibus ita,
p. 395 quod ego in me ipso saepissime valde confusus, quod non inveni
125 me semper ita paratum et plenum ad loquendum vel audiendum de spi-
ritualibus.

De nocte, quando debebat ire ad lectum, iterum coram Jesu se

prosternebat et capitulum ibidem secum tenebat, quomodo per totum
130 diem vixerat et utrum sic fecerat, sicuti de mane proponebat et
cum Jesu pactum faciebat. Et ubi inveniebat se offendisse Jesum
etiam per levissimum inutilem cogitatum, dictum vel factum, pecca-
tum suum coram Jesu summo sacerdote primo confitebatur et pro ve-
nia humiliter precabatur. Et si invenit in se quid notabile et si
135 potuit quotidianum Confessorem habere sibi, tunc confitebatur eo-
dem die, sin autem altero die summo mane. Et sic fecit confessio-
nem quasi quotidie.

Et quolibet die dominico solebat Sacramentum Jesu recipere de-
votissime. Similiter faciebat, si infra hebdomadam aliquod nota-
bile festum occurrebat. Et quando erat sola sine marito vel ab-
sente marito domino suo, induebatur aspero cilicio flagellans et
castigans corpus suum in dorso cum flagello horribili facto ex
140 nodis pluribus, in quibus erant stimuli et aculei argentei acutis-
simi et valde pungitivi et sanguinis eductivi.

p. 396 Cum quanta autem devotione ipsa solebat corpus Christi accipere,
quilibet cognoscere potest ex / illo, quod contigit me videre.

Contigit una vice, quod ipsa desiderabat me coram ipsa velle
celebrare in parva capella sua clausa et sibi Corpus Dominicum
donare; quod secundum ipsius desiderium feci, licet vere indignus
150 ad hoc extiti. Cum autem Corpus in manu haberem et ad tradendum
sibi me ad ipsam verterem, vidi in ipsa quasi faciem aliam, quam
ipsa solebat habere, – quia cum ipsa secundum naturam suam haberet
communiter faciem pallidam, tunc apparebat facies eius, quasi sol
in maximo vigore, calore et splendore per ipsius faciem splende-
155 ret et arderet –. Quod cum ego cernerem, steti stupefactus nes-
ciens quid facerem; et cum starem sic stupefactus, perdiidi Cor-
pus Dominicum de meis manibus. Quod ego considerans, eram valde
perterritus timens, quod in terram de meis manibus cecidisset,
donec vidi, quod ipsa in faciem se prostravit. Ex hoc considera-
vi, quod ipsa Corpus Dominicum in ore habuit; sed, quomodo de me-
160 is manibus in os eius pervenerit, adhuc perfecte non scio; novit
Ille, qui Seipsum eidem donavit.

Quantas singulares gratias ipsa specialissime ex huiusmodi Cor-
poris perceptione solebat percipere et in quantis mentis excessus
165 ipsa consueverat ex hoc saepissime pervenire, ego non sufficerem
dicere vel scribere.

De ipsius exercitio speciali contra inimicos suos

p. 397 Et quamvis ipsa cotidie solebat valde et ex integro corde ora-
re pro inimicis suis, – hoc / est Domini sui et terrae suae inimi-
170 cis –, ipsa tamen divina disponente gratia erat valde terribilis
eisdem suis inimicis in tantum etiam, quod contra hostes et ini-
mici sive adversarii Domini Ducis sui dolenter dicerent, quod,
quamdiu illa mulier viveret super terram, nullus hominum contra
Principem illum habere victoriam sive fortunam, quia ipsa sola

175 in camera sua plus faceret suis devotissimis orationibus, quam omnes Principes vel omnes Potentes mundi possent facere multorum millium congregationibus.

p. 398 Et ita factum est notorie et in rei veritate: nullus enim Regum, Ducum, Comitum, Principum magnorum tyrannorum aut civitatum
180 magnarum in confinibus sui ducatus situatarum aut aliorum comitatum sive personarum potuit per totum tempus vitae suae finalem victoriam obtinere, sed ipse contra omnes finaliter praevaluit et castra tyrannorum et raptorum plurima magna et fortia invasit et totaliter destruxit sic, quod ipse magnos et potentes, videlicet
185 Ducem Barensensem et Ducem Montensem, in tantum sibi subiugavit, quod eosdem Vasallos suos perpetuos fieri coegit et multa millia coronarum renensium ab ipsis exegit. Similiter et Comitibus pluribus fecit, ut est de Comite Philippo de Nassauere, de Comite Saraevoerde et Comite de Salmis. Similiter / de Baronibus multis,
190 ut est de domino Belchen, de domino de Commershem et de Domino Marchallo domini Ducis Aurelianensis, in Ducatu Kralburgensi quasi Dux erat Domino multum potenti, cuius nomen non habeo in memoria pro tempore praesenti, qui tamen inimicus Domini Ducis Lotharingiae praescripti tandem ab ipso est captivatus et exactio-
195 onatus ad triginta milia coronarum, sic et Domino Emmerico de Commershem praedicto omni modo similiter fuit factum et mirabiliter et quasi multum miraculose factum.

Praedicti enim Barones cum supradictis tribus Comitibus inter se invicem conspiraverunt et praedicti Domini Ducis Lotharingiae
200 diffidentes inimici facti fuerunt, sperantes se satis potentes ad bellandum contra ipsum, – et maxime ex hoc, quod Dux Aurelianensis, qui postea Parisiis in publica strata fuit occisus, miserat illis pecunias in magna copia et viros armorum multos cum Marchallo suo praedicto sociatos ad confortandum et favendum
205 eisdem contra Ducem Lotharingiae in praedicta guerra –, et fecerunt praedicto Duci rapinas et incendia, magna damna, in sua terra; et tandem exaltati sunt in tantam superbiam, quod una die demandaverunt dicto Duci Lotharingiae, – qui habebat consuetudinem de mane valde tarde de lecto surgere –, quod proxima feria
p. 399 210 sexta ipsi vellent ad ipsum venire ipsumque / suscitare et secum in oppido, Nanson appellato – ubi idem Dux manebat – simul prandere et manducare; esset ergo provisus ipsis bonum prandium praeparare. Quod audientes plurimi satis fuerant perterriti scientes illorum potentiam et audaciam, similiter metuentes aliquam traditionem factam sive conceptam contra Dominum suum et contra locum
215 praedictum satis tamen fortem et munitum.

Gratiosa vero Domina Ducissa magis doluit de illorum superbia et praesumptione tam fatua, – et quasi haberent scientiam et potentiam Dei, qua scirent et possent praedicere futurum, quae tantum fuit in cognitione et dispositione Divina –, unde ipsa statim
220 ad Jesum suum confugit ipsumque suppliciter rogavit, quatenus

ipse vellet eorum superbiam convertere in tantam humiliationem, quod ipsi ad suiipsius venirent cognitionem. Et ita factum est.

Venit supradicta sexta feria: venerunt illi satis mane cum
225 magna multorum milium armatorum potentia plus quam duplo maiori, quam ipsi sciebant Dominum Ducem secum habere iuxta se parati ad bellum, Dominus vero Dux praefatus vir valde animosus exivit ad ipsos, quamvis multo paucioribus in campum: Domino Duce exeunte Domina Ducissa fecit convocari omnes Canonicos, Monachos,
p. 400 230 presbyteros / Clericos et totum populum illius civitatis sive oppidi et ordinavit solemnem processionem fieri ad omnes ecclesias praedicti oppidi ad implorandum per merita omnium Sanctorum ibidem requiescentium a Deo auxilium contra praedictorum magnam superbiam et praesumptionem et ad Domini Ducis suorumque egressorum ad bellandum protectionem et conservationem; et factum est ita.

Domina enim Ducissa sic in oppido de ecclesia ad ecclesiam processionaliter gradiente ad Divinum auxilium implorandum et Domino Duce extra in campo congregiente ad praeliandum contra
240 praedictos superbos adversarios, invocato divino auxilio cum bona fiducia in Dei adiutorio contra eos breviter bellando hilariter triumphavit, et omnes – qui ipsius manus effugere non potuerunt – captivavit et captos in oppidum et locum per ipsos praedictum perduxit; ipsis, ut petierant, ad prandendum secum magnum praeparavit convivium et solemne ipsis fecit prandium, sicuti per
245 ipsos fureat postulatum, quamvis non omnino sic quemadmodum per ipsos erat praesumptum et optatum. Facto autem prandio statim omnes illi ad fortes turres sive ad alias fortes custodias sunt deducti; et maxime illorum Capitanei, qui erant causa praedicti
p. 401 250 contra Dominum Ducem moti belli, fuerunt fortius et firmiter custoditi. Et sicuti Domina Ducissa Jesum suum petiit, sic omnino factum extitit: Dominus enim suus, Dominus Dux, et sui fuerunt per Jesum bene custoditi, protecti et salvi conservati; superbi vero adversarii fuerunt a sua superbia humiliati et ad sui cognitionem reducti et omnes pacem cum praedicto Duce facere et tenere compulsi, immo et eidem Capitanei et Successores sui in aeternum erunt subiecti cuicumque Duci Lotharingensi.

Contigit etiam quadam alia vice, quod quidam alii valde potentes etiam inimici Ducis praedicti congregato forti exercitu
260 armatorum intraverunt ipsius terram et Ducatum ad faciendam incendia et rapinas. Quod cum praedicta Domina Ducissa audisset, ipsa ad Jesum suum confugit et pro conservatione suorum contra dictos adversarios egredientium in campum fideliter oravit.

Et factum est, quod cum adversarii praedicti illos, qui ex parte Ducis dicti, vidissent, – quamvis multo pauciores quam ipsi fuissent –, dorsa ipsis verterunt et quam festinantius potuerunt fugerunt. A suis valde arguti et increpati, quare sic turpiter fu-
265 gissent, cum ipsi cum aliis contra se venientibus multo plures et

- fortiores fuissent, responderunt, – ut tunc communis erat fama –,
 270 quod ipsi non fugissent propter armatos contra se venientes, sed
 p.402 quia vidissent / cum illis Dominam Ducissam Lotharingiae ita horri-
 bilem faciem ipsis ostendere, quod ipsi non poterant faciem ipsi-
 us sustinere.
- Ego vero postea ad Dominam veniens et ego ipsam, utrum ipsa
 275 tunc in campo fuisset, inquirens, respondit mihi, nequaquam fui
 nec tale aliquid, quod non deceret feminam, faceret unquam. Me
 autem ulterius inquirente, ubi tunc fuisset, aut quid tunc egisset,
 respondit, quod, cum audisset de adventu inimicorum in Ducatum
 suum, intravit secretarium suum et confugiens ad Jesum totum suum
 280 in omnibus adversitatibus suis refugium ipsum rogavit suppliciter
 et fiducialiter pro custodia, defensione et conservatione suorum.
 Me autem ultra interrogante, utrumne rogasset aut rogare soleret
 pro morte et captivitate sive destructione inimicorum, respondit,
 quod a tempore, quo coepit Jesum et ipsius vitam atque doctrinam
 285 in Rosario et Evangelio descriptam clarius cognoscere, nunquam
 audebat tale aliquid petere, quia non invenit Jesum sic unquam
 petivisse; et cum hoc, quod ipsa pro conservatione et defensione
 Domini sui et populi sui petiit, semper divinae voluntati commi-
 sit, hoc ipsum addens semper in petitione sua –, quantumcumque vi-
 290 debatur iusta, rationalis vel necessaria –, exemplo Jesu in ago-
 nia dicens verumtamen in hac causa sive in quacumque alia per / me
 petita sive optata: »Non mea fiat voluntas, sed tua, haec est fina-
 lis intentio mea«. Neque enim ipsa gaudebat de tot victoriis, quot
 Dominus suus Dux habuit usque in finem vitae suae de suis adver-
 295 sariis palmam et victoriam ita, quod circa finem vitae suae, quan-
 do erat tam debilis, quod non potuit pedibus suis ambulare, erat
 tanta pax in terra sua, quod nullus amplius prae ipsius timore
 audebat contra ipsum muscitare. Nec hoc adscribebatur ipsius Du-
 cis sanctitati vel potentiae, quae non erat tanta, quod ipse potu-
 300 isset omnia ista facere, nec ipse sibi attribuebat sed divinae
 gratiae per orationes eorum pro ipso orantium, sicut mihi ipse
 personaliter confessus est quandoque; nec tamen volebat uxori su-
 ae adscribere certe ex sua humilitate, cuius tamen uxoris sanctitati
 per alios tam amicos quam adversarios ista adscribebantur omnia.
- 305 Quae saepe dolebat de prosperitate domini temporali tanta, con-
 querens mihi saepe et dicens gemebunda voce: »O Pater mi dilectis-
 sime, ego timeo et pertimesco valde, quod tam magna multiplex et
 tam frequens prosperitas nostra temporalis et maxime contra ini-
 310 micos nostros temporales erunt in futuro / in prosperitas nostra ae-
 ternalis contra adversarios nostros spirituales et aeternales.«
 Et: »Deus sciens nos in perpetuum non futuros cohaeredes suos, et
 si forte hic aliqua bona in nobis inventa sunt, sicuti in Domino
 conthorali meo multa, sicuti scitis, sunt bonarum virtutum exer-
 315 cicia, quamvis in aliis vita sua est talis, quemadmodum etiam be-
 ne scitis, quod Deus forsitan illa paucula bona nostra vult remu-

- nerare per praedicta prospera temporalia, cum sciat nos non posse
 habere sua aeternalia propter alia multa magna mala nostra crimi-
 nalia; unde rogo vos propter Deum, quatenus manum omnipotentis
 320 fidelius invocetis et pro Domino meo, pro me et omnibus meis in-
 stantius et devotius oretis, quatenus iustam contra nos iracundiam
 convertat in misericordiam et potius hic pro peccatis nostris puniat
 temporaliter, quam illic puniat aeternaliter; quia nunquam
 legi nec audivi esse bonum signum de aeterna salute hominem quem-
 cumque etiam hic in mundo sic consolari continua prosperitate.«
- 325 *De mirabilibus exercitiis circa pauperes et morbos homines; et
 quod miracula sanitarum per eam fecerit Deus; item: quales per
 eam sanari non poterant*
- Item quamvis eadem Domina sic omnibus inimicis suis virtute
 330 Omnipotentis facta est / ita terribilis et formidabilis, pauperibus
 tamen et egenis et maxime debilibus et infirmis continue inventa
 est amabilis et desiderabilis.
- Quanta et qualia fuerunt ipsius – oportuno tempore – in operibus
 misericordiae circa pauperes et egenos mirabilia et vix imitabilia
 et nimis humilia exercitia, non credo aliquem vivere, qui sciret il-
 335 la conscribere. Multo tamen mirabiliora fuerunt ipsius exercitia
 circa infirmorum etiam horribilium curam et medicamina et
 consolamina; in tantum etiam, quod pedissequae suae nobiles et ig-
 nobiles et etiam aliae famulae non-nobiles, excepta una fidei, Lu-
 340 cia appellata, horrebant videre talia nec volebant iuvare ad lavan-
 dum vulnera et loca sive membra infirmorum debilia, praecipue quae
 erant nimis horrenda et foetida. Verum est, quod ipsa Domina fuit
 mihi confessa, qualiter vulnera infirmorum sive infirmarum ita
 erant horrida et foetida, quod ipsa ex sola apertione sive vulne-
 345 rum detectione et inspectione – nisi Jesus ipsam adiuvisset – evomu-
 isset omnia, quae fuissent in suo corpore; sed reducens ad memori-
 am, quod Sancta Catharina de Senis viriliter aliam similem tenta-
 tionem vicit; ipsa viriliter se erexit contra se / et Dominum Jesum
 in adiutorium invocavit, et cito tentatio illa cessavit. Et ego ip-
 se confiteor peccatum et feminium cor meum in comparatione ad cor
 350 virile huius Dominae praedictum: Ego delectabar bene a longe stare
 et aspicere, quomodo illa mulier sancta circa tales infirmos se
 haberet et quomodo ageret, sed non audebam, – imo horrebam valde –,
 illas immunditias, spurcitas foetiditas et horribilissimas videre,
 quanto magis et tangere, aut cum illa sancta muliere mundare, la-
 355 vare sive ligare. Et ego, sicuti etiam dignum fuit, ego nullum in-
 firmum talem potui curare sive sanare, quemadmodum et ipsa tantos
 et tot infirmos a variis morborum infirmitatibus Jesu et Maria coo-
 perantibus sanavit, quod eorum numerus soli Deo est cognitus. De
 diversis enim mundi partibus infirmi pro sanatione ad ipsam quoti-
 360 die confluebant, et, – sicuti ad probaticam piscinam iacebant lan-
 guidi expectantes per angelum aquae motum –, sic isti iacebant ante

dictae Dominae Cameram in Curia sua expectantes, quando dicta Domina de ecclesia veniret et tanquam angelus Domini ipsorum infirma membra manu benedicta tangeret et benediceret, et sic ipsi sanitatem recipere; sicuti factum est saepissime, quod vel statim fuerunt sanati vel primo mundati et ligati et post cito sanati.

Unde non audivi unquam aliquos infirmos pro sanatione ipsorum ad ipsam venientes vel adductos non fuisse plene sanatos et bene consolatos quacumque etiam infirmitate detentos, exceptis tamen tribus generibus infirmorum, quibus non potuit adhibere remedium, quamvis ipsa saepe libenter fecisset, si potuisset: Primi erant infirmi, qui in ipsius curatione fidem firmam non habebant.

Secundi, qui, licet in hoc fidem bene habebant, tamen in medicorum magis saecularium medicina corporali quam in dictae Dominae medicina spirituali confidebant.

Tertii erant, qui in gravi aliquo peccato iacebant, quod relinquere ex toto corde non volebant.

Omnes tales, in quantum tales, ut communiter non poterant per ipsam sanari, de quibus singulis possem ponere exempla notoria in illa patria, sed non expedit brevitatis gratia.

Ego vero audiens et ex parte videns tot et tanta mirabilia, et specialiter circa infirmos et infirmas, tam viros quam feminas puerosque facta, per ipsam virtutem divinam, – quae singulae deberent conscribi, non credo iuxta ea, quae ego de hac sola materia audivi, quod in libro quantitatis unius bibliae magnae possent comprehendere –, / metuens vero, ne fortasse pia illa Domina intentione sua etiam bona et pia deciperetur subtilissime aliqua astutia diaboli, utendo in curatione infirmorum praedicta aliqua benedictione sive observatione sacrilega, – sicuti et, pro dolor, pro tempore praesenti et circa tempora nunc currentia decipiuntur valde multi simplices homines benedictionibus et observationibus vere sacrilegis, homines, iumenta et alia benedicentes –, aut etiam scire cupiens, quomodo ipsa faceret omnes supradictas curationes, interrogavi eam de curationibus, benedictionibus et observationibus, quibus sic infirmos curaret a tam gravibus et variis infirmitatibus.

Ad quae ipsa mihi respondit, quod ipsa omnino neminem sanaret sed Jesus, qui vere est Salvator tam corporis quam mentis. Ipse infirmos illos sanaret, cuius ipsa ad sanandum infirmos ad se venientes pro sanatione impetranda, indignissima esset ancilla solummodo ad detegenda vulnera sive ulcera vel loca sananda ad mundandum illa et ad praeparandum ea pro sanatione per Jesum in illis operanda et ad religandum vulnera sive ulcera vel loca sananda sive membra infirma. Hoc ergo ipsa faceret, vulnera et membra illa sananda ad mundandum illa, et ad praeparandum ea pro sanatione per Jesum in illis operanda et ad religandum eadem vulnera sive ulcera / sive membra infirma; hoc ergo ipsa faceret, vulnera et membra illa sananda primo detegeret et cum vino vel cum aqua rosacea vel cum alia aqua

secundum quod exigebat infirmitas illa, lavaret bene et totaliter mundaret; deinde cum panniculis mundis bene circumligaret, deinde in nomine Jesu et Mariae cum manu sua signo crucis super impresso signaret, Jesumque devotius rogaret, quod, si esset pro sua gloria et pro ipsius infirmi salute aeterna, ipsum ab illa infirmitate sanaret; sic tamen, quod non sua, sed voluntas divina in ista causa et in omni alia per ipsam petita vel optata semper fieret. Si autem infirmitas erat, ubi non erant vulnera vel ulcera lavanda vel sananda sicuti febris vel paralysis vel similis, tunc ipsa tantummodo illos infirmos cum nominibus Jesu et Mariae benedixit et cum crucis signo signavit. Si etiam infirmitas erat aliqua, contra quam sive ad cuius sanationem ipsa noverat sive habuerat naturalia medicamina, tunc ipsa, – ne Deum tentare videretur –, apposuit et illa adiuncta semper benedictione et signatione praedicta, quibus scilicet benedictione et signatione sic factis statim infirmum quemlibet talem dimisit et Jesu summo et vero medico et salvatori commisit, confidens / indubitanter, quod ipse melius cum illo infirmo faceret, quam ipsa facere aut petere posset. Nec quascumque alias observationes sive ceremonias exercuit neque benedictiones alias novit. Unde manifeste patuit, quod ipsa nullum infirmum fecit sanum, sed Jesus fecit totum cooperante ad hoc fide sanatorum.

Tale ipsa mihi dedit responsum: »Et ego sicut Dominus in Evangelio multis per ipsum sanatis dixit ›Fides tua te salvum fecit‹, – sic et ipsa infirmis per ipsam sanatis et sibi gratiarum actionem referre volentibus dicere consuevit –, »non ego, sed Jesus et fides tua te salvum fecit«.

Et sicuti legitur Jesus aliter aliquos sanasse non pro fide sua, sed pro fide aliorum pro illis supplicantium, sicuti filiam legitur Jesus sanasse pro matris sua magna fide, sic et ego inveni praedictam Dominam aliquando fecisse: non tantum praesentibus, sed et absentibus et minus credentibus sanitatis impendisse beneficium.

Contigit enim quadam vice me esse in loco, ubi ipsa morabatur illo tempore et improvise ipsam pro me mittere, quod ad ipsam venire festinantissime, quia esset / in maxima tristitia et tribulatione. Ego vero multum perterritus ad ipsam veni festinantius, quae eiulans ac clamans dixit ad me: »Ecce, dilectissime pater, hic iam fuit una mulier de illo castello, – mihi tunc nominato distante quasi ad duo miliaria a loco illo –, petens importune me sibi velle succurrere, quocumque possem, auxilio vel consilio pro puero suo alias cito morituro. Ego vero illi mulieri compatiens et ex magno fervore illi succurrere cupiens rapui quoddam unguentum, dans eadem, ut cum illo puerum illum in nomine Jesu et Mariae ungeret et sanitatem reciperet. – Mulier illa valde laeta et cum fide firma festinavit ad puerum redire, si posset illum adhuc vivum reperire et eundem praedicto unguento perungere. – Ego vero, inquit Domina, statim post mulieris abscessum consideravi, quod illud unguentum

est illius pueri infirmitati sic contrarium, quod, si illo unguento puer ungatur, absque dubio moreretur, nisi a Domino miraculose conservetur, qui, si sic moreretur, tunc nunquam mea conscientia esset quieta: quod ego sic fuerim illius innocentis pueri homicida, 460 detis ergo cito consilium, quod sit faciendum, antequam mulier veniat cum unguento ad puerum.« Ego vero respondi eidem Dominae, quod citissime faceret unum de suis famulis levioribus equum ascendere et post mulierem currere et ipsam cum unguento ad vos 465 reducere, quia velitis sibi melius unguentum pro puero, tribuere. Quod cum fieret, antequam famulus ad mulierem venerat, ipsa cum illo unguento iam puerum perunxerat, et statim puer totus sanus factus fuerat; et, cum famulus diceret mulieri, sicuti ipse in mandatis habuerat, illa dixit: »Non est necesse me pro alio unguento ad Dominam redire, quia sicuti tu vides, puer meus sanatus est 470 plene et perfecte; sed regratiare valde Dominae meae gratiosissimae, quod ipsa in tanta necessitate voluit mihi miserae mulieri et desolatae ita gratiose succurrere.« Famulus vero festinanter et laetanter ad nos rediit, et ea, quae ipse audivit et videns referens, fuimus omnes valde consolati.

475 Domina tamen asscripsit tam evidens miraculum contra naturam sic factum et tam subito non sibi in aliquo, sed totaliter gratiae Dei et praedictae mulieris magnae fidei.

*

Quomodo post mortem viri sui Caroli Ducis Lotharingiae in Viduitate permanens

480 in Hospitali civitatis Enuel commorata infirmis sicut altera Elisabeth inservierit, et diversis ad se venientibus exercitium Rosarii cum articulis docuerit in Gallico et Teutonico, qui fere omnes in meliorem vitam sunt mutati virtute huius Rosarii et Jesu Christi et suffragio Virginis Mariae.

485 Post mortem vero Domini Caroli Ducis, mariti legitimi praefatae Dominae et / devotissimae mulieris hoc, quod ipsa – diu me sciente – in proposito et desiderio habuerat, ut si aliquid humanum tale contingerat, quod ipsa non optaret, tunc ipsa vidua maneret et soli 490 dulcissimo suo sponso Jesu Christo perpetuo adhaereret. Sibique in suis membris, pauperibus, egenis, infirmis et peregrinis, usque in finem vitae suae sicuti Sancta Elisabeth humiliter inserviret, hoc ipsa tunc impleverat; quia in quodam castello et oppido, Enuel appellato, sibi in dotem specialem et solemne hospitale, in quo proposuerat et optaverat, usque in finem vitae suae pauperibus et infirmis 495 et egenis et peregrinis de sua dote et proprio corpore humiliter ministrare, sicuti ipsa solebat adhuc marito suo vivente saepissime facere, quando poterat, sibi tempus et locus ad hoc vacare.

500 Pedes pauperum et Peregrinorum de publica via collectorum manibus propriis lavando, crinibus et capillis sui capitis resolutis tergendo, humiliter osculando, cibaria ad saturitatem et pecunias per manus proprias devotissime condonando. Cui facto ego aliquando interfui et pelvim ad lotionem talem tenui. In tantum percubuit 505 fama de mulieris eiusdem sanctitate mirabili et praecipue ad diversa mundi regna, quod multi magni Principes, Pontifices, Domini et p.414 Praelati saeculares et regulares / , subditi Clerici et Laici, viri et mulieres et maxime religiosi desiderabant ipsius faciem intueri et ipsius colloquio potiri. Et hac de causa venerunt saepissime ad 510 ipsam plurimi magni et parvi, quorum ego saepe multos vidi ibidem, qui omnes sive cum ipsa loquerentur sive ipsius faciem et conversationem tantum intuebantur, cum aedificatione et consolatione magna redierunt ad sua.

Ipsa enim erat facundissima tam in lingua Gallica quam in Teutonica, et semper ad loquendum de Deo sive de Scriptura Sacra inveniebatur prudentissima: Ipsa enim sciens quantum a Jesu et Maria receperat charismatum Divinorum spiritualia dona, per sua in rosario praedicto quotidiana exercitia, ne ipsa esset ingrata alios 515 ulterius barones nobiles ac ignobiles, viros ac mulieres plurimos sic exerceri in teutonico vel gallico docuerat, qui fere omnes in 520 meliorem vitam sunt mutati virtute huius rosarii et Jesu Christi et suffragio Virginis Mariae. Amen.

*

Finis vitae per patrem Adolphum Carthusiensem circa annum Domini 1423 descriptam; originale huius est in Carthusia Trevirensi.

525 Excerptum autem, unde ista conscripta sunt, in Carthusia Colonienensi anno 1561 ipso die Sanctorum Martyrum Nerei et Achillei atque Prancatii.

p.415 Quod hic non ponatur de ipsius obitu accidit, quod ipsa adhuc vivente ista scripta sint a Patre Adolpho Rectore Carthusiae Rutilensis – quae Rutila est inter Treverim et Metim –, in quo loco familiaritatem contraxit cum praefata vere sancta Ducissa, ut patet, simul et cum sanctissimo Religioso quodam Abbatiae Gorsiae citam in Metensi Dioecesi, cuius vitam admirabilem cum descripsisset ipso etiam adhuc vivente in magnis foliis circiter triginta 530 atque commendasset ipsius sanctissima exercitia quotidiana – visitaverat enim monasterium illud cum Domino Abbate Sancti Matthiae –, et explicasset, quomodo per meditationes rosarii beatae Mariae cum articulis Domini Jesu vitam et passionem continentes ad tantam venisset sanctitatem, quod idem Dominus Jesus ipsi frequenter 535 appareret, ac cum illo loqueretur facie ad faciem ac palpabilem se illi praeberet, qua in praefatis tot foliis evidentissime ostendit atque ad finem veniens concludit sic:

»Non solum religiosi vel Clerici, sed etiam Laici, nec tantummodo viri, sed etiam feminae, studentes sese in vita Jesu exercere

p.416 545 inveniuntur ad magnam devenisse sanctitatem, / et possem hoc per multa exempla probare, sed causa brevitatis volo tantummodo de Domina Ducissa Lotharingiae aliqua breviter tangere«, et sic incipit ut supra.

*

Wie weit ist in dem vorliegenden Text seine ursprüngliche Gestalt vorhanden?

Nach allseitiger Prüfung dürfte sich folgende Antwort ergeben:

Sicher stimmt mit dem Original nahezu genau überein: vv 5–29, vv 258–381 und vv 486–513,

höchstwahrscheinlich: vv 25–56, vv 65–257, vv 382–485 und vv 514–522;

vermutlich liegt eine Kürzung vor in vv 56–64. Doch sollte dies der Fall sein, dann dürfen wir – wegen der literarischen Abhängigkeit des Dominikus von Adolf unter anderem – in jenen Einzelheiten, die hier in der Anmerkung zu v 548 beigefügt sind, zum größten Teil das Ausgelassene stilistisch-verändert vorfinden.

Als Abfassungszeit nennen die alten Berichte das Jahr 1423; Rader hingegen las in seiner Vorlage das Jahr 1434. Der Textinhalt und seine Gliederung lassen eine Verbindung der beiden Daten annehmen:

Adolf wurde 1421 von Marienfloß nach Trier zurückgerufen, wo er in der Kartause als Vikar diente und zugleich auf Bitten des Abtes Johannes Rode diesem in seiner Reformarbeit half. Im Rahmen dieser Reformtätigkeit wird die Abfassung und Gestaltung der »Vita Margarethae« verständlich. Doch, weil die Fürstin noch lebte, ist zuerst nur an eine private Niederschrift zu denken, um sie in gegebener Situation vertraulich zu benutzen. Sie sollte zu persönlichem Beten anregen, das ganz Christozentrisch und zugleich biblisch sei. Hierzu wird den Priestern und Ordensleuten ein Laie, eine Frau und Fürstin, als Vorbild hingestellt. Dieser Teil der »Vita« hatte eine relativ-einheitliche literarische Form; er umfaßte vermutlich vv 5–293, vv 328–358, vv 382–477 und vv 514–522. Wir zeigten in der Biographie Adolfs, wie in dieser Reform das ursprüngliche Rosenkranz-Beten zu sehen ist; jedenfalls zeigen vv 5–19, vv 45–52 und vv 514–522, der Anfang und Schluß dieses Teiles, daß die »Vita Margarethae« als eine der ersten Werbeschriften für das Rosenkranz-Gebet gedacht war. Als solche wurde sie 1423 geschrieben.

Die anderen Teile verweisen auf eine spätere Zeit. Sie wurden nach dem Tod des Herzogs Karl II. (1431) und der Herzogin (1434) eingefügt; so dürfte die Schrift an dem – in dem Rader vorliegenden Codex – angegebenen Datum fertig gestellt worden sein: am 6. Tag nach den Kalenden des September, d. h. am 7. 9. 1434. Nach der Charta Capituli Generalis von 1434 weilte Adolf damals in der Lütticher Kartause, wohin er strafversetzt worden war und Ruhe hatte.

2. Unser Frauen Marien Rosengertlin

1. Die der Herzogin überreichte Schrift: um 1400.
2. Ihr fügte Dominikus aus den hinterlassenen Papieren einige Skizzen zu Ansprachen Adolfs bei:
 - a) zwei, vermutlich um 1415, gehalten vor der »Familia« der Herzogin auf Burg Sierck,
 - b) zwei, vermutlich um 1420 ebendort und
 - c) vier nach 1437 vor den Trierer Kartäusern.

Anmerkungen p 360

In den Literaturangaben unter den Werken Adolfs von Essen¹ wurde das »Rosengertlin« bisher nicht genannt. Sollte es ein Irrtum sein, wenn es nun als Werk Adolfs, ja, als sein Hauptwerk aufgeführt und veröffentlicht wird? Aber problematischer dürfte die Frage sein, wie die Liste seiner Werke zuerst zusammengestellt und dann weitergegeben wurde. In seiner »Vita Margarethae« schreibt er selbst, daß er für die lothringische Herzogin eine »Vita Christi« in deutscher Sprache und ein weiteres deutsches Werk verfaßt hat, die beide zusammen eine entscheidende Hilfe zu christlicher Gestaltung ihres Lebens wurden²: eine Anleitung zu einem persönlichen Betrachten der Heiligen Schrift; zu einem neuen Beten, das nach der damaligen Minne-Poesie »Rosenkranz, Rosengarten« genannt wurde. Sowohl Adolf als auch sein Schüler Dominikus von Preußen bringen in ihren Schriften genauere Angaben über dieses Werk und nennen seinen Namen³. Warum ist es dennoch in Vergessenheit geraten?

Nur weil die Trierer Kartause in den Kriegswirren mehrmals geplündert und verbrannt wurde? Oder vernachlässigte man es, weil es in deutscher Sprache geschrieben war, und eine neue Zeit heraufzog, welche die alte bildhafte Denkweise nicht liebte und sie darum nicht mehr verstand oder gar als unmoralisch und inadäquat ablehnte? Oder haben unter seinen eigenen Mitbrüdern Gegner Adolfs die Schrift unterdrückt und vernichtet? All dies mag mitgespielt haben, daß sie so in Vergessenheit geriet.

Doch ließen die Stellung Adolfs in der »Provincia Rheni« und im Gesamtorden und die weite Verbreitung der Schriften des Dominikus auf Erfolg hoffen. Die deutlichen Angaben zwangen zur Nachforschung, ob irgendwo eine Schrift existiere, die den Indizien entsprach. Und wirklich, das Ergebnis⁴ überraschte.

Es fanden sich zwei vollständige Texte:

1. »Unser Frauen marien Rosengertlin, dor man de rosen holet.« (Diese Überschrift wird in der vorausgehenden Zeile eingeleitet »Wolchen marien Rosenkrantz ge-

sonst am Niederrhein stattfand, dürfte auch in folgender Überlegung liegen: Es ist nicht zu übersehen, daß im niederrheinischen und so auch im Trierer Beten das Ave nicht nur die dienende Funktion des Zeitmaßes besaß; man sprach hier das Ave durchaus person-bezogen als Gruß an die Mutter Jesu. Denn in ihr sah man 1. die konkrete Gestalt der Menschwerdung Gottes, d. h. das Symbol der Inkarnation und mehr: auch den personhaften »Ort« der Vereinigung der göttlichen mit der menschlichen Natur in der einen Person des »Wortes« und dann 2. vor allem die lebendige, liebend-dienende »Mutter Jesu« oder, wie man sie schon damals gerne nannte, unsere Mittlerin zu Jesus; so den Menschen, den Er einzigartig liebt, und der unsern Herrn und Sein Leben am besten versteht und auf Ihn eingeht. Dieses Verständnis des Ave lebte, wie die Betweise der bloßen 50 Ave beweist, bis ins 17. Jahrhundert hinein, bei den Frommen des Niederrheins. Bei einer solchen Sicht des Ave ist seine Häufung als Zeitmaß der Betrachtung psychisch kaum vollziehbar.

²¹⁶ Es ist verständlich, daß das Ergebnis unserer Untersuchung, weil es ungewohnt ist und überrascht, zuerst wie eine Übertreibung, ja, wie eine »Befangenheit in der eigenen Arbeit« erscheinen kann. Doch Gefühlseindrücke sind keine Gründe und Beweise. Man muß sich nüchtern die Frage vorlegen: Wenn man die aus dem Wesen des Rosenkranzes abgeleitete Definition des »Anfangs« zugrundelegt, wie wir sie in dem Abschnitt »Die richtige Fragestellung« entwickelten, ist man dann nicht gezwungen, in Adolf von Essen den Anfang des Rosenkranzgebetes zu erkennen? Mit unserer Definition des Anfangs knüpfen wir durchaus an die Arbeiten des P. Thomas Esser OP an; eine andere Definition erwies sich immer als voreingenommen und unsachlich. Allerdings behaupten wir nicht, – wie unsere Darlegungen wohl deutlich zeigten –, mit Adolf von Essen beginne der Rosenkranz voraussetzungslos; im Gegenteil, insofern er die beiden materiellen Elemente des Rosenkranzes, nämlich die mündlichen fünfzig Ave und die Leben-Jesu-Betrachtung, vorfand, bildet Adolf eine »Etappe« im Werden des Rosenkranzes und zwar die entscheidende Etappe, weil er in einer neuen Schau die beiden Elemente miteinander verband. – Als Abschluß sei gestattet anzumerken, worin die Gegenwartsbedeutung und die künftige Entwicklung dieses Betens wohl zu sehen ist: Der Christ sucht die Persönlichkeit und die Einzelheiten des Lebens Christi durch immer bessere Kenntnis der Heiligen Schrift, besonders des Neuen Testaments, kennen zu lernen; seine Schrifillesung kann nicht beim Buchstaben stehen bleiben, sie wird endlich und letztlich zum lebendigen Herzen des menschengewordenen Gottes vordringen, um in wachsender Vertraulichkeit Seine Liebe und Seine Wünsche aufzunehmen und mit Seiner Gnade im Alltag zu erfüllen, oder anders ausgedrückt: um den Alltag in Seinem Licht zu sehen und zu leben. Uns dabei zu helfen, ist die menschliche Aufgabe der Mutter des Herrn: Wir sollten dazu kommen, das Neue Testament nicht einsam, sondern in der »Gemeinschaft der Heiligen« und gleichsam mit den Augen und dem Herzen Mariens zu lesen, wie es unsern Vorfahren selbstverständlich war.

ZWEITER TEIL: DER WORTLAUT DER AUFGEFUNDENEN WERKE ADOLFS

I. Die Texte Adolfs von Essen

1. Vita Margarethae, Ducissae Lotharingiae (cf p 117)

¹ cf LThuK, t 4, col 638 und NomLit, t 3, col 1123.

² cf LThuK, t 8, col 694 und DThC, t 8, col 964.

³ cf LThuK, t 2, col 571 und DThC, t 2, col 950 und NomLit, t 4, col 230.

⁴ cf LThuK, t 2, col 886 und NomLit, t 4, col 1418.

⁵ cf NomLit, t 5, col 1655.

(Zum Text cf p 118)

5–19 cf den stilistisch überarbeiteten und inhaltlich erweiterten Text bei *Rad 164*:

Margarita, Ruperto Palatino Rheni, Principe Bojorum, Imperatore orta, avo Ruperto parvo, proavo Adolpho, a quo Palatini Rheni proxima et antiqua necessitudine Bojorum principibus juncti genus ducunt, atavo Ludovico Severo, patre Rudolphi et Ludovici Imperatoris, a quo Nostrates Principes qui hodie Bojis imperant descendunt. Ita Margaretha recta serie ab Ludovico atavo communi patre Palatinorum Rheni et Bojariae Ducum descendit.

Haec Carolo Lotharingiae Principi quem secundum nominant nupsit, Joanne patre, avo Rudolpho, proavo Friderico III, abavo Theobaldo II., atavo Friderico II. Ducibus Lotharingiae et tetrarchis nato. Fridericus Mathaeum II. habuit patrem, hic Fridericum I. atque ita deinceps alii alios, ne ad ultimos regrediamur, quod hic nostri instituti non est. »Nam genus et proavos et quae non fecimus ipsi, Vix ea nostra puto.«

Margaretha in Palatio et regia a teneris educta, honeste quidem, sed parum modeste, uti saepe solent principum liberi, auro, gemmis, ostro, fulgere, et pictos phasianos psittacosque aemulari pavonumque oculos in cyclade circumferre. Sed hos cultus Margaretham ex more potius quam amore gestasse docuit sequens aetas, quae natura probam et sanctam eius indolem saeculo aperuit. Et fuit haec Principis felicitas, quod in optimos vitae morum et virtutis magistros inciderit, qui ingenium eius ad omnem honestatis et pietatis laudem excolerent.

Nupta quippe optimo principi in domum et familiam Lotharingiae religiosissimam est deducta, ubi S. Brunonis (cuius id loci contubernia magnam passim sanctitatis laudem collegerant) sodalibus familiariter usa, plurimum ex eorum consuetudine in Virtutis cultu promovit. Conscripserat unus quidam ex eorum coetu libellum ab amoenis hortorum, ut solet, rosariis ducta metaphora inscriptum, quo Christi Dei Deique Matris res olim in terris gestas complexus est. Hunc nacta Princeps caepit assiduae volvere menteque identidem revolvere, ex eoque intimis sensibus affici tantumque intra breve tempus proficere, uti Margaretha vix Margaretham agnosceret. (Am Rand vermerkt *Rad* seine Quellen: »Anno Christi 1434, VI. Cal. Sept. Ex ms. Adolphi Vicarii Carthusiae Trevirensis etc., qui Margaritae fuit ab sacris. – Franc. Rosier., De stemmat. Lotharing., t 5, hist. capital. 82, p 304. – Ex Palatinorum stirpe.«)

5 [N] Margarethe von Bayern (1376–1434) gehört zur kurpfälzischen Linie der Wittelsbacher. Ihr Vater Ruprecht III. (1352–1410), seit 1398 Kurfürst von der Pfalz, wurde 1400 von den rheinischen Kurfürsten für den abgesetzten König Wenzel zum Deutschen König und Römischen Kaiser gewählt, jedoch nicht von allen anerkannt und nie zum Kaiser gekrönt. Seine Schwester, Margarethens Tante war Anna von Bayern (1346–1408), die Gemahlin Herzogs Wilhelm I. von Berg. Margarethe verbrachte ihre Jugend am Hof zu Heidelberg.

10 [N] Verschiedene Urkunden zur Heirat Margarethens aus den Jahren 1393 bis 1396 finden sich unter Nr. 2536–2541 im »Geheimen Hausarchiv« der Wittelsbacher zu München; die Trauung

war am 6. 2. 1393 in Kaiserslautern. Einige Briefe von ihr an ihre bergischen Verwandten enthält das *Hauptstaatsarchiv zu Düsseldorf*.

